



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avreus Adversus profanas Hæreseōn novationes

Vincentius <Lerinensis>

Coloniae, 1652

Quo pacto hæretici divinæ scripturæ testimonis utantur. Caput XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

Patrum & commissa servare, & nare prophanas novitates & dixit & iterum dixit Apostolus quis annuntiaverit, præter quod acceptum est, anathema

Quo pacto heretici divina scripturae testimonis utantur.

CAPUT XXXV.

Hic fortasse aliquis interrogat an & hæretici, divina scripturae testimoniis utantur. Utuntur planè, & vehementer quidem, ut videas eos volare per singula que sanctæ legis volumina: per Moysi, per Regum libros, per Prophetas. Sive enim apud suos, sive alienos: sive privatim, sive in publicè, sive in sermonibus, sive in libris, sive in conviviis, sive in plateis: nihil unquam penè de scripturae verbis adumbrare conentur. Lege Pauli Samozateni opuscula Priscilliani, Eunomii, Joviniani, re-

liqua-

liquarumque pestium: cernas infinitam exemplorum congeriem, prope nullam omitti paginam, quae non novi aut veteris Testamenti sententiis fucata & colorata sit. Sed tanto magis cavendi & pertimescendi sunt, quanto occultius sub divinae legis umbraculis latitant. Sciunt enim foetores suos nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur: atque idcirco eos caelestis eloquii velut quodam aromate aspergunt, ut ille, qui humanum facile despiceret errorem, divina non facile contemnat oracula. Itaque faciunt quod hi solent, qui parvulis austeram quaedam temperaturi pocula, prius ora melle circumlinunt: ut incauta aetas cum dulcedinem praesenserit amaritudinem non reformidet. Quod etiam iis curae est, qui mala gramina, & noxios succos, medicaminum vocabulis praecolorant: ut nemo ferè ubi supra scriptum legerit remedium, suspicetur venenum.